Universitätsbibliothek Paderborn

Diaconia S. Agathae in Svbvra

Martinelli, Fioravante

Romae, 1638

Eminentiss[i]mis Principibvs Francisco Et Antonio Barberinis S.R. E. Cardinalibvs

urn:nbn:de:hbz:466:1-11177

Visual Library

EMINENTISS.MIS PRINCIPIBVS

FRANCISCO
ET
ANTONIO
BARBERINIS

S. R. E. CARDINALIBVS

Florauantes Martinellus.

QVOD apud eos, qui ſtellarum ſcientiam profitentur, perperam atque ex vano iactatur, ex eo, quo quiſque conceptus, vel ortus eſt ſidere, arcano veluti nexu pendere, ad meum hoc opuſculum, Principes Ampliſsimi, quod veſtrum altero Diaconiam, quæ hic deſcribitur, adminiſtrante conſcriptum

fuit,

fuit, altero iam eandem obtinente in publicum prodit, proportione quadam, ſine piaculo transferri poteſt. Enimuero Beatæ Agathæ Suburanæ templum, tot prodigijs nobile, tam aperta diuini numinis præſentia non rarò illuſtratum, cælum quaſi quoddam eſſe quis neget? neque vllus omninò ſit, qui inter clariores ex omni antiquitate eius Præſides, hoc eſt, inter lucidiora eiuſdem aſtra, vos in primis non recenſeat. Jllexit me igitur placidiſsimus ſideris alterius fulgor, vt ſcribendi laborem ſubirem: addidit fauſtiſsimum alterius iubar moranti animum, vt, quod diù preſſeram, tandem ederem: conceptum illi fœtus hic debet: iuuit hoc, vt, quem iamdiu parturiebam, denique parerem. Jgitur cum vtriſque obſtrictum ſe penitùs mancipatùmque intelligeret, vt ſe vtrique dicaret & ſiſteret flagrantiſsime contendit. Et videri alicui poteſt audaciæ non ferendæ,

dæ,

dæ, quòd opuſculum tenebris aliòqui dignisſimum, in tanto lumine conſpici geſtierit; verùm quis non facilè ignoſcat, quod ipſa procreationis atque ortus conditione, neceſsitate quaſi quadã imponitur? Equidem quin eò conuolaret, quò naturæ ductu ferebatur, retinere non valui; impuli quinimmo, meritò ratus nihil illi poſſe felicius contingere, quàm ſi næuos ſuos, & maculas gemina veſtra luce velaret.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN